



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

VI. Die Markgrafen Johann und Otto treffen mit dem Kloster Arendsee einen Gütertausch, am 17. April 1235.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

VI. Die Markgrafen Johann und Otto treffen mit dem Kloster Arendsee einen Gütertausch, am 17. April 1235.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Cum ecclesia in Arneffe de parentum nostrorum proprietatibus sit fundata pariter et dotata, Nos parentum nostrorum piam deuocionem imitantes eiusdem ecclesie debemus honorem et vtilitatem in quantum possumus non immerito sublimare. Noscant igitur tam presentes quam posteri, quod cum quedam villula, que zerne dicitur, ad moniales in Arneffe ex iusticia pertineret, eandem villulam prepositus cum consensu predictarum monialium nobis libere resignauit. Nos vero eidem monialibus ecclesiam in heilighenuelde cum rebus ad eam pertinentibus et insuper in villa Polcre duos choros filiginis in recompensacionem villule memorate perpetuo contulimus, Considerantes, quod ex tali recompensa predictis monialibus maior vtilitas proueniret. Ne vero factum tale in posterum infringatur ab aliquo, in presenti pagina testes, qui intereant, conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Testes vero, qui interfuerunt, sunt hii, Dominus Jaczo de saltwedele, Aluericus de kircowe, Albertus de nyendorp, Tiethardus de wuzstrowe, Bodo de zaltwedele, Johannes de Redekistorp, et alii quam plures. Acta sunt hec in zaltwedele, Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>., Indictione VIII<sup>a</sup> XV kalendas may.

VII. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen dem Kloster Arendsee das ihm von Johann und Gebhard von Blotho geschenkte Dorf Wendisch Rägelin, am 19. August 1235.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Cum ecclesia in Arnse de parentum nostrorum proprietatibus sit fundata pariter et dotata, nos parentum nostrorum piam deuocionem imitantes eiusdem ecclesie debemus honorem et vtilitatem in quantum possumus non immerito sublimare. Noscant igitur tam presentes quam posteri, Quod nos pie deuocionis intuitu predictae ecclesie et sanctimonialibus in eodem loco sub regula sancti Benedicti deo seruientibus ad sustentacionem villam, que dicitur Wendeschen Rogelin cum omnibus bonis eiusdem ville adiacentibus, quam Johannes et Gheuehardus, fratres de Plote memorate ecclesie cum omni iure, tam in pascuis, quam in agris, paludibus, aquis et siluis pro salute animarum suarum deuote contulerunt, Benigne confirmantes in hiis scriptis; Indulsumus eciam quidquid Juris nostri videbatur esse in ipsa villa seu in bonis antedictis, videlicet Peticiones, Exactiones, opera, que Burchweroc vocantur, Expeditiones, que wlgö herseilt vocantur, et omnia, que wlgö dicuntur recht vnde vnrecht, eo quod pro nostris progenitoribus ac pro suis benefactoribus, tam viuis quam defunctis, intercedere teneantur. Ne igitur vllus hominum ecclesiam sepedictam in villa ac bonis pretaxatis molestare presumat, Presentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam. Huius confirmacionis et dona-